



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

LXX. Quot & quales panni in lecto sint necessarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

diter consideramus, vt a paschali festiuitate vsque ad omnium sanctorum solennitatem vnicuique vna camisia linea tantum, non ex debito, sed sola gratia detur, illi dico qui ea vti voluerit: alio autem tempore generaliter omnes camisias laneas habeant.

## LXX.

*Quot & quales panni in lecto sint necessarii.*

Singulorum quidem, non aliter, per singula lecta dormientium dormire nisi per maxima causa vel necessitas euenerit, communi consilio collaudamus. Lectualia vel lectiernia moderata dispensatione magistri vnuſquisque habeat: credimus enim potius faccum, culcitram, & copertorium vnicuique sufficere. Qui vero ex his vno caret, carpitam habeat, & in omni tempore tegmine linea, id est veluso, frui bene licebit: vestiti autem camisis dormiant, & cum femoralibus semper dormiant. Dormientibus itaque fratribus, iugiter vsque mane nunquam defit lucerna.

## LXXI.

*De vitanda murmuratione.*

*Æmulationes inuidas, liuorem, murmur, susurrations, detractiones, diuina admonitione vitare, & quasi quamdam pestem fugere vobis præcipimus. Studeat igitur vnuſquisque vigilante animo, ne fratrem suum clam culpet aut reprehendat, sed illud Apostoli studioſe secum animaduertat: Ne sis criminator, nec susurro in populo. Cum autem fratrem liquido aliquid peccasse agnouerit, pacifice & fraterna pietate, iuxta Domini præceptum, inter se & illum solum corripiat: & si eum non audierit, alium fratrem adhibeat; sed si vtrumque contempserit, in conuentu publice obiurgetur coram omnibus. Magnæ enim cæxitatis sunt qui aliis detrahunt: & nimiæ infelicitatis sunt qui se a liuore minime custodiunt; vnde in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur.*

## LXXII.

*Vt omnium mulierum fugiantur oscula.*

Periculosum esse credimus omni religioso vultum mu-